

Universitätsbibliothek Wuppertal

Titi Livii Patavini Historiarvm Libri Qvi Svpersvnt Omnes

Livius, Titus

Mannhemii, 1780

Liber XXXVIII, epitome

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1315](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1315)

TITI LIVII PATAVINI
HISTORIARUM
AB URBE CONDITA
LIBER XXXVIII

E P I T O M E

M. *FULVIUS* consul in Epiro Ambracienses obsessos in deditionem accepit, Cephalleniam subegit, Ætolis perdomitis pacem dedit. Cn. Manlius consul, collega ejus, Gallogræcos Tolistoboios, & Tectosagos, & Trocmos, qui Brenno duce in Asiam transferant, quum soli citra Taurum montem non parerent, vicit. Eorum origo, & quemadmodum ea loca, quæ tenent, occupaverint, refertur. Exemplum quoque virtutis & pudicitie in femina traditur. Nam quum Ortiagontis, regis Gallogræcorum, uxor captiva esset, centurionem custodem, qui ei vim intulerat, occidit. Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt civium capita du-

centa quinquaginta octo millia & trecenta viginti octo. Cum Ariarathe, rege Cappadocia, amicitia juncta est. Cn. Manlius, contradicentibus decem legatis, ex quorum consilio fœdus cum Antiocho conscripserat, de Gallogræcis, acta pro se causa in senatu, triumphavit. Scipio Africanus, die ei dicta, ut quidam aiunt, a Q. Petillio tribuno plebis, ut quidam, a Nævio, quod præda ex Antiocho capta ararium fraudasset, postquam is dies venit, evocatus in Rostra, Hac die, inquit, Quirites, Carthaginem vici: &, prosequente populo, Capitolium adscendit. Inde, ne amplius tribuniciis injuriis vexaretur, in voluntarium exsilium Linternum concessit: incertum ibi, an Romæ, defunctus. Nam ejus monumentum utrobique fuit. L. Scipio Asiaticus, frater Africani, eodem peculatus crimine accusatus damnatusque, quum in vincula & carcerem duceretur, Ti. Sempronius Gracchus, tribunus plebis, qui antea Scipio-

nibus inimicus factus,
 id beneficium Africanus
 quaestores in bona
 missi essent, non
 dium pecunia regie
 quam tantum relati
 erat damnatus, C
 amicis innumerabi
 noluit: qua
 redempta.

E P I T O M E 5

nibus inimicus fuerat, intercessit; & ob id beneficium Africani filiam duxit. Quum quaestores in bona ejus publice possidenda missi essent, non modo in iis ullum vestidium pecuniæ regiae adparuit, sed nequam tantum redactum, quanta summæ erat damnatus. Conlatam a cognatis & amicis innumerabilem pecuniam accipere noluit: quæ necessaria ei erant ad cultum, redempta.